Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26568
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iussit fieri multos acutissimos clavos et per .xx.
stadia eos fugari ut super eos ceteris dei ~~incederet~~
incederet nudis pedibus. Cum autem sancti super hoc genus
tormenti cepissent incedere angeli eos precede-
bant faciebantque tumulum coacervantem clavos
ne sanctorum pedibus infigerentur. Sancti igitur ubique incedentes
Immensas deo gratias referebant. Imperatores autem
dixerunt. Sua providentia dii nostri hoc fecerunt
ut suam potentiam manifestarent. Quibus He-
liades ait. O sine corde et intellectu quos ita
excecavit sathanas ut opera dei minime agnos-
cere valeatis. Tunc maximus turbatus ad sanctorum dixit
ministros audivi de christo crucifixo quem ipsi deum
suum confitentur quod coronam spineam in capite gesta-
verit. et quod lancea latus eius confossum fuit.
Sic ergo preparatur ut illi modo simili puniantur. Statim
minister totidem ex spinis coronas composue-
runt quantus erat numerus sanctorum. Creditur
autem quod carcerarius eorum ductor primus ex eis
fuit coronatus. Tenentes autem ergo calamos
acutissimos sanctorum apposuerunt lata coronasque
spineas capitibus eorum imposuerunt. Post hoc vero
iussu imperatorum tortores duxerunt sanctos dei per uni-
versam civitatem et flagellis eos ac aliis iniuriis
nimie affligebant. Que omnia sancti patientissime